



animalibus, & quodam homine non erubuit concremare. Quod postquam ad ejusdem predecessoris nostri audientiam nuncio ipsius Abbatis referente pervenit, venerabili fratri nostro Ferrariensi Episcopo districte precipiendo mandavit, quatenus partibus convocatis, & possessione cum fructibus a tempore sententia per dictum Veron. prolata percipere ipsa, monasterio restituta, de proprietate cognosceret, & eo in adjudicata sibi possessione indelimiti servato, quod iustum esset, statueret, & faceret auctoritate Apostolica, subdito appellationis obstaculo firmiter observari. Eos autem, qui se Apostolicis mandatis opponerent, vel monasterium super possessione ulterius molestant, per sententiam excommunicationis appellatione remota compelleret, & dictum Hugonem, & eius complices, donec monasterio de ablati omnibus, & illatis iniuriis satisfacerent competeret, & cum litteris ejus Apostolicis se conspectui presentarent, nunciaret excommunicatos, & faceret ab omnibus evitari: nisi tu, frater Archiepiscopo, hanc in ipsos districcionem ( prout tibi mandatum fuerat ) exerceas. Dicitur vero Ferrariensem sententiam promulgavit; & cum tu legitime citatus ab ipso, nec accederes, nec sufficientem mitteres responsalem, sed absentiam tuam verbis, & litteris excusares, salva quaestione proprietatis, possessionem monasterio restituendum pronuntiavit: & cum Abbatem in eam per nuncium suum fecisset induci, idem Abbas ab ea desertus fuit, te, frater Archiepiscopo, Hugone de Camerario, & dilectis filiis Consulibus Mediolan. mandantibus pro violentiam armatorum: propter quod idem Abbas postulabat a nobis, ut sententiam restitutionis toties latam pro eo deberemus auctoritate Apostolica confirmare, & possessione sibi cum fructibus restituta, faceremus eum absque molestatione gaudere. Verum dilectus filius Passaguerra procurator tuus, & socii ejus, petitionem Abbatis non esse admittendam, ea praesertim ratione dicebant, quod Abbas ipse in litteris, quas ad Bobien. & Ferrariensem Episcopos a Sede Apostolica impetravit, veritatem suppresserat, & expresserat falsitatem. Suggesterat enim, Veronensem Episcopum, salva quaestione proprietatis, super possessione promulgasse sententiam; cum non nisi causa res servanda Abbatem decrevisset in possessionem induci. Tacuit etiam veritatem, cum de satisfactione coram dilectis Reginen. & Mutinen. Episcopis oblata per Archiepiscopum nullam fecerit apud S. Apostolicam mentionem. Nos igitur super his, & aliis, quaecumque fuerunt hinc inde deposita, cum fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis apud S. Apostolicam constitutis, consilio maturo intelligentes, quod dictus Veronen. Abbatem in possessionem causa rei servanda solummodo decrevisset induci, sicut eam consentaneum rationi, utpote coram quo super proprietate lis non fuerat contestata; & quod per eundem M. quondam Archiepiscopum non fecisset, quin satisfactionem infra annum oblatam praestiterit, & contumaciam, si qua processerat, expurgavit. Attendentes etiam Abbatem ipsum per suppressionem veritatis, & falsitatis expressionem litteras ad Bobien. & Ferrariensem Episcopos impetrasse, non sententiantes, quia lis coram nobis contestata non fuit; sed respondententes, Abbati petitionem ejus juxta formam praescriptam non esse admittendam respondimus, & ipsum scriptis carere mandavimus, quae per mendacium impetravit in eum statum causa continentiam redeuntes, in quo fuerat, cum dictus predecessor noster causam proprietatis Mutinen. & Regin. commisit, mandato sequestrationis penitus revocato: sententiam tamen excommunicationis in Hugonem de Camerario, & complices ejus prolatam volumus, & mandamus usque ad satisfactionem condignam invariabiliter observari, non tam quia fuit a delegato prolata, quam quod per delegatum exitit postmodum confirmata. Ne autem monasterio in suo videatur iure deesse, moderatas expensas, ex quo Veronen. ipsum in possessionem induci decrevit, usque ad tempus satisfactions oblate propter hoc factas, ipsi restituendas esse censuimus, & a te sufficientem praebere standi iudicio cautionem. Sententiam autem a dicto Veron. & majori parte pro Mediolan. Ecclesiam, partim pro monasterio promulgatam, & ipsam quae monasterio adjudicata fuerunt, ipsi non sunt habendum relinquant, ipsi restitui cum perceptorum fructuum integritate mandamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hujus nostrae definitionis paginam infringere, &c. Dat. Later. 6. Non. Mart.

NOTAE.

1 Innocentius III. Ita etiam legitur in 3. collectione, sub hoc tit. 1. & in epistolis ipsius Innocentii editis a Guillelmo Sirleto, lib. 1. pag. 6. ex quocodice ita restitutum integrum hujus textus: de Mediolanensi Ecclesia aliqua notavi in cap. 17. de reversione. 2 In De Senzola, in 6. collectione legitur de Regula; in margine autem emendatur de Scabala; sed ubique male, legendum enim est, S. Donati de Scopeto; quae Abbacia, etsi olim esset Ordinis Cisterciensis, dependens ab Abbacia S. Salvatoris, postea tamen a Martino V. assignata fuit Canonicis regularibus S. Augustini, ut refert Pennotus lib. 2. hist. canonice, regul. c. 72. m. 2. Inter ipsum monasterium S. Donati, & Archiepiscopum Mediolanensem controversia jam temporibus Calest. III. agitabatur super quibusdam praediis, & eorum iuribus; cujus disceptatio ab ipso R. Pontifice commissa fuit Veronensi Episcopo, qui super possessione tantum sententiam protulit: & cum procurator monasterii proponeret eum etiam de proprietate cognoscere debere, juxta principium utroque iure proditum, eundem iudicem habere super possessione, & proprietate cognoscere, Archiepiscopus opposuit praedictum Episcopum tantum super possessione iudicem datum fuisse; procurator vero monasterii allegabat causam indistinctam, & absolute demandatam fuisse, ideoque ejus continentiam dividi non oportere: sed renuente Archiepiscopo super proprietate coram praedicto Episcopo iudicium labire, propter ejus contumaciam procurator monasterii missus fuit in possessionem ex primo decreto, illius rei, quae adjudicata fuerat Archiepiscopo in iudicio possessorio: sed Archiepiscopus per vim a possessione dejecit praedictum monasterium. Super his Calest. III. consuluit, declaravit se Episc. Veron. tam proprietatis, quam possessionis causam delegasse, & possessionem praedictorum sequestravit in

manus Episcopi Vercel. & Novariensis, atque causam commisit Episcopis Regnensi, & Mutinen. ut tam de causa possessionis, quam proprietatis plenus cognoscerent, & possessionem ei adjudicaret, quem in proprietate potiora iura habere cognoscerent, litteris missis ad praedictos Episcopos. Archiepiscopus coram eis cautionem iudicio sibi obtulit, ut contumaciam purgaret, & possessionem reciperet: & cum procurator monasterii eam recipere renuisset, inter iudices moras expiravit iurisdictionem ipsorum iudicum, propter lapsum termini: quare ad petitionem monasterii causa commissa fuit Bobieni Episcopo, qui possessionem adjudicavit praedicto Abbati, a qua per vim Archiepiscopus eum dejecit. Eum his temporibus decessisset Calest. III. & electus fuisset Innocentius, ipse causam commisit terminandam Ferrariensi Episcopo sub forma praescripta in hoc textu; & cum agnovisset Innocentius, Archiepiscopus cautionem debito tempore obtulisse, procuratorem vero monasterii suppresserat veritate litteras tam ad Bobiensem, quam Ferrariensem Episcopos impetrasse, praedictam sequestrationis sententiam revocavit, & iussit, cautione praestita, & rebus expensis, Archiepiscopum ad possessionem restituendum esse, quam propter contumaciam amiserat.

3 e Causam possessionis. ) An commissa causa possessionis, delegata etiam censetur causa proprietatis, jam exposita in c. 2. de causa proprietatis. d Continendum. ) Juxta adducta in c. 1. de causa possess. e Cautionem obtulit. ) Intra annum, c. quoniam, §. in aliis, ut lite non contest. cap. 3. de eo qui mittitur in possess. f Terminus expiravit. ) Quo elapso, nec antea per partes prorogato finitur iurisdictione delegata, ut late probavi in c. de causis 4. de offic. deleg. g Animalibus, & quodam homine. ) Similes excessus referuntur in c. 2. de ordin. cognit. ubi eorum pecnas congesti.

CAPUT II.

Honorius III. a Priori de Bechan. Decano de Dalit. & F. Canonico S. Maria de Hastings, Cisterc. diaec.

Dilectus filius R. Rector Ecclesiae de Bertucia, sua nobis petitione monstravit, quod cum inter ipsum ex parte una, & Abbatem, & Conventum de b Cestria e London. diaec. ex altera, super eadem Ecclesia coram Abbate de Siltion, & ejus collegis, ex delegatione Apostolica quaestio verteretur, iudices ipsi, prout erant plus debiti pari alteri favorabiliores, post appellationem ab eodem R. legitime interpositam, praedictos Abbatem, & Conventum in possessionem ipsius d Ecclesiae causa custodiae induxerunt: memorato vero R. causa prosequenda appellationis apud Sedem Ap. constituit, praefati Abbas, & Conventus r fructus ipsius Ecclesiae medio tempore perceptos pro

pro suo distrahit libito voluntatis, in ejus praedictum, & gravamen. Quocirca discr. v. m. quatenus si est ita, factis praedictis fructus usque ad decisionem negotii sequestrari, & si quid interdem de ipsis distrahitum invenieris, in statum debitum revocetis, contradicentes per censuras Ecclesiasticas compescetes.

NOTAE.

a Priori. ) Ita legitur in 5. compilatione Honorii III. edita a Cironio. De Cisterciensi Ecclesia aliqua adduxi in c. quoniam 24. de offic. deleg. b De Cestria. ) In 6. collectione legitur, de Cestria; in margine autem emendatur Gloucestra: sed retinenda est lectio de Cestria; monasterium enim Cestriense, quod primus Leofricus Comes Cestrensis erexit, & postea Hugo primus Cestrie Comes restauravit, & monachus Ordinis D. Benedicti concessit, postea Virginibus assignatum fuit, demum everlum a Danis

restauravit Aldredus Archiepisc. Eborac. & iterum monachis Benedictinis, tandem nigri Ordinis Canonicis regularibus assignatum fuit, ut refert Pennotus l. 2. hist. Canonice, regul. c. 37. c London. diaec. ) Hae verba non reperiuntur in sexta collectione; & recte omitti jam notavit Cironius in hoc textu. d Ipsius Ecclesia. ) Pro conciliatione hujus textus cum cap. 1. de eo qui mittitur in possess. lib. 6. jam nonnulla adduximus cap. quoniam, ut lite non contest. e Fructus. ) Quando fructus percipere possit missus in possessionem ex primo decreto, expositi in d. comment. 2. ad tit. ut lite non contest.

CAPUT III.

a Gregorius IX.

Ab eo, qui a sententia provocavit, fructus possessionis (si dissipentur ab ipso) possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.

NOTAE.

a Gregorius. ) Qui more suo hanc constitutionem deponit, ff. de appell. ex Paulo lib. 5. sententiar. ubi, penult. ibi: Quoties ptes possessor appellat, fructus medii temporis deponi conuenit: quod si petitor provocet, fructus in causa depositi esse non possunt, nec recte eorum nomine satisfactio potestulari.

COMMENTARIUM.

EX his tribus decisionibus committitur ab Interpretibus deducitur sequens assertio: Si fructus rei litigiosae lite pendente dissipantur, sequestrandi sunt; & si adfit iusta causa, res ipsa sequestrari valet. Probant eam textus in c. ex transmissa 8. de rebus. Spol. c. cum locum, de Spol. Clem. ult. eod. tit. l. si fideiussor 7. §. 7. ff. qui satisfacti, l. Imperatores, §. ult. ff. de appell. l. si cum doctem, §. si vero, ff. solut. matrim. l. ab executori, c. quorund appell. l. 3. §. hoc interdictionem, ff. de libero homine, l. ultim. c. de ordin. cognit. l. ult. ff. quibus ad liberatam, l. postquam §. ff. ut legatur. Facit Symmachus in epistolis, ibi: Interea constitutionis memor, sequestravi mobilia, fructusque percepti, ne temporis usurpatio abuteretur indebitis. Illustrant ultra congestos in praesenti, a Barbofa, Garanna, & Sahagan, Caldas Pereyra 99. forensium lib. 1. §. 10. a. n. 32. Cujacius ad tit. C. quorum appell. colum. 2. & ad titulum de prohibita sequestr. pecun. Donnellus in l. unica, num. 9. c. 16. Gutierrez l. 1. praedict. 99. 213. Paber in d. leg. si fideiussor §. ult. & in suo Cod. tit. de prohib. sequestr. adnot. 1. Pichardus in §. summa autem, n. 79. Insit. de actionibus, Salgado l. p. labyrinthi, c. 13. §. 1. Paz in l. 4. sty. Iranzo de proest. confider. 8. Corvius l. 3. aphorism. juris Pontis, titul. 24. Hunnius in encyclop. p. 3. titul. 12. Cujacius 3. Pauli ad edict. in l. 2. c. 4. ff. de pactis l. Lancelotus de attent. lib. 2. c. 16. limit. 16. a. n. 3. Gothofredus ad tit. C. de sequestr. pecun. in Theodos. Gallio de alimentis, c. 13. I. Paulus Melius in eius addit. Borellus l. 2. deest. lib. 37. de sequestr.

Sed pro dubitanti ratione adversus praedictam assertionem infero. Nemo pendente iudicio est a propria possessione deiciendus; unde a sequestratione incipiendum non esse in iudicio, statuitur in l. unica, c. de prohib. sequestr. c. volumus 16. quae. de c. nonne 8. §. 4. l. 1. c. 2. tit. 9. part. 3. l. 1. tit. 10. lib. 3. ordin. l. 1. tit. 13. lib. 4. recept. Licet enim cum utroque ex litigantibus possessorum esse contendit, ac periculum est scandalis, amorum, vel rixae, sequestrationi locus fit, l. si cuius 13. §. sed si inter l. aquilinum 17. Dig. de usufruct. leg. libere 7. Dig. de liber. caus. at ubi constat alterum possidere, ille tendit in possessione, nec in ejus praedictum sequestratio admittitur, leg. ult. ff. de offic. procur. Caes. leg. ult. §. nec potentioris, ff. de offic. Praesid. docent post Menochium Lancelotum, Pacium, Gutierrez, Fontanellam, Gratianum, & Merlinum Postibus de manus. observat. 75. c. numer. 16. Andreas Cladius de sequestr. cap. 5. num. 12. Castillo lib. 8. contro. cap. 13. num. 17. late illustrat more suo D. D. Franc. Ramos in memor. ad Alex. VII. propos. 2. in princip. num. 8. Igitur etsi adfit fructuum dissipatio, vel similis causa, sequestratio rei litigiosae faciendae non est.

Qua dubitanti ratione non obstante vera est praesens assertio pro cuius illustratione, & plena sequestrationis possessionis cognitione aliqua praebenda duxi. Et primo sciendum est, in hoc titulo proponi novum iudicii ordinem, quo lite pendente actor non mittitur in possessionem rei litigiosae, ut in titulis antedecessibus de dolo & contumacia, & de eo qui mittitur in possessionem: nec actor in ea conservatur, ut in titulo praecedenti; sed ponitur & sequestratur res litigiosa penes tertium, qui sequestrat dicitur a sequestrando, sive quod ipse litigatores sequestrat, sive litigantes illum, l. sequestrat 119. ff. D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. II.

de v. S. Festus Pompeius verbo Sequester, Gellius lib. 2. natium, cap. 10. Macrobius leg. 3. Saturn. cap. 17. Plautus in Rudem. Nisi pax datur, aut ad arbitrium mittitur, aut sequester ponitur. Tertul. lib. de reserret. ibi: Hic sequester Dei, atque hominum appellatur, ex utriusque partis deposito commisso sibi; carnis quoque depositum servat in sequestrario; rhabonem summa totius. Et paulo post: In deposito est ubi cumque apud Deum per fidelissimum sequestrum Dei, & hominum Jesum Christum, qui & homini Deum, & homini nem Deo redderet, & carni spiritum; corpora monumentis sequestrantur processura. Inde Tul. 2. in Verrem, ait: Sequestrat, aut interpreti corampendi iudicii, Notarunt Gentilis, & Fornerius in d. l. 19. Sequestrat ita acceptus definitur, ut sit quidam tertius, apud quem res aliena ponitur custodienda, vel ex voluntate contententium, vel ex praepoito iudicis. Dicitur, tertius quidam, quia requisita proprie est media persona interpres, internuncius, pararius, seu conciliator, l. 7. §. cum de usufructu, §. commentum arvid. l. item si unus, ff. de receptis, l. 7. §. per. ff. de transact. Deuter. c. 3. ibi: Ego (inquit Moyles) sequestrat, & melius inter vos, & Deum. Quare Virgilius sequestrat pacem posuit pro inducibus.

Bis Senos papigoro dicit, & pace sequestrat. Quintilianus lib. 12. instit. c. 23. ibi: Sequestrat est, qui a litigatore doctus patrum dicit. Plura P. Martinus Delrio ad Senecam in Octav. versu 112. Pineda l. part. in Job. c. 9. Dicitur etiam in definitione, res aliena ponitur custodienda; quae sequestrat tantum est depositarius rei litigiosae, l. ei apud quem, §. 1. l. ubi in Asia, ff. de depositis. Tandem adiciunt ea verba, ex voluntate contententium, in quibus differentia apponitur inter depositum, & sequestrum; nam depositum fit ab uno tantum, sequestrum vero a pluribus; depositum de qualibet re, sequestrum tantum de re controversa; notavit Gentilis in d. l. sequestrat.

Ex dictis examinandum venit, an in sequestrum transferatur possessio, an vero tantum custodia? Quae anceps quaestio est apud Interpretes. Et cum possidere respondeat jurisdictionem in l. litem 11. §. rei, ff. de depositis; Innocentius III. in c. 1. hoc tit. in illis verbis: Possessionem rei parit postmodum resignantem. Contrarium vero, imo sequestrum non possidere, docent Pontifex in c. examinata, de iudicibus, & Jurisconsultus in l. interesse 39. ff. de acquir. possess. Pro qua sententia facit & illud principium; nam sequestrat depositarius est, cui res traditur custodia: sed depositarius non possidet, d. l. 17. §. 1. l. videmus 38. §. si possessionem, ff. de usuris, l. si rem 47. ff. de acquir. possess. l. si pignus 38. §. habere, ff. de v. o. Igitur nec sequestrat. Pro quo diffinitio componendo plures relati a Pichardo in §. praerogativa, n. 22. Institutus, quibus mobilis res contrahitur. D. Joanne de Larrea deest. 58. Gratian. n. 9. Oualdo ad Donnell. lib. 5. cap. 13. litem 8. Salgado de regis proest. 2. p. cap. 16. n. 3. Postibus de manus. observ. 68. dixerunt constituant inter sequestrum necessarium, & voluntarium; ita ut ex necessario possessio non intercedat possidenti; ex voluntario vero in sequestrum transferatur possessio. Quae distinctio licet apud forenses communi calculo recepta sit, tamen secundum juris rationem aliter distinguendum est, videlicet inter sequestrum simplex rei, de quo in d. l. interesse 39. & speciale, videlicet cum actum est ut sequestratur, vel deponatur ipsa possessio, de quo in d. l. licet 17. §. 1. c. 2. de dolo & contum. Primo casu tantum custodia rei traditur, secundo vero ipsa possessio transferitur: ita docuerunt Duarenus lib. 3. de servis, c. 10. Corraus lib. 3. miscell. c. 2. n. 13. Cujacius lib. 9. observ. c. 33. & in dicit. l. interesse 39. ubi Giphanius n. 6. Donnellus l. 5. c. 13. Amaya in l. 2. Cod. de decur. n. 14. Placius de despect. scilicet. 19. n. 118. Connaeus l. 3. comment. c. 10. Hothomanus ad tit. de depositis, num. 16. Praeceptores mei D. Franc. Ramos in memor. ad Alex. VII. propos. 2. §. 2. num. 26. D. Joseph de Retes in repetit. praedict. ad titul. de acquir. possess. cap. 2. conclus. 4. quidquid aliter distinguant Sahagan in cap. 1. hoc titul. ex num. 9. Iranzo de proest. confiderat. 59. per tot. Bocerus tom. 1. elab. 2. cap. 11. Salgado p. 1. labyr. cap. 13. §. 1. & cap. 14. num. 25. Castillo l. 3. contro. cap. 16. num. 20.

Sequestrat de possideat.

Ex dictis etiam, videlicet sequestrum esse speciem depositi, non vero proprie depositum contrahi, inferitur pro re apud sequestrum deposita restituenda jam finita controversia, competere auctori actionem depositi sequestrariam; quae actio competit vel victori lite finita, vel alii, qui conditionem implevit, sub qua sequestrum factum est, l. 5. §. 1. l. si in alia 12. §. cum sequestrato, §. de depositi, l. propter §. C. de ord. tit. Si autem unus tantum rem sequestraret, quia tunc est depositum, ut supra dixi, competit actio depositi, l. si apud §. de depositi, verb. docent Pacius in d. l. propter §. Bronchorst. centur. 1. assert. 64. Nec contrarium probat textus in l. si quis §. de Labeo, ff. de dolo, ubi Pomponius docet, propter sequestrum non competere actionem sequestrariam depositi, sed tantum praescriptis verbis, quae est subsidiaria, & tantum datur, cum alia non competit, ut late probant Donellus ad tit. de praescripti, verb. cap. 2. Conanus lib. 7. comment. cap. 15. n. 19. Mendoza lib. 3. de pactis, cap. 4. D. Joseph de Retes lib. 2. opus. sect. 1. cap. 12. Nam respondendum est, tunc demum competere actionem depositi sequestrariam, cum sequestrum perfectum est, videlicet cum lis finem accepit per sententiam, vel conditio sub qua sequestratio facta est, adimpleta reperitur; ubi enim non adest victoria, non censetur adimpleta sequestrati conditio, l. servus 33. ff. de depositi, l. si apud re, §. de praescripti, verb. ubi enim per alterum ex litigatoribus fiat, quominus lis finem accipiat, quia conditio sequestrati non est adimpleta, non competit actio directa depositi sequestraria, sed utilis, seu praescriptis verbis, ut post Cajacium, & Fulgosium in eo textu docent Bronchorst. centur. 1. assert. 64. D. Josephus de Retes d. cap. 12. n. 2. Nec etiam repugnat textus in l. si gratiam 12. paragraph. ult. de praescripti, verb. ubi etiam conditio sequestrati impleta, contra sequestrum, qui annulo victori reddidit, actio praescriptis verbis datur, non vero depositi sequestraria. Igitur quia pro sequestrum non competit actio depositi sequestraria. Pro cujus textus interpretatione supponendum est, in eo agi de annulis sponsonis causa depositi, five de pignoriibus, quae reddenda sunt in ludis victori, in quibus ex legibus Cornelia, & Titia sponsones fieri permittuntur, scilicet ubi erat certamen virtutis, non lucri. Virgilius eclog. 3. ibi:

Vix ergo inter nos quid possit uterque vincissim  
Experiamur? Ergo haec titulum (in sortis reuses,  
Dixi quoniam ad nullam, vinctos alit ubera factus)  
Deposito: in die mecum quo pignore certes.

Quod exceptum videtur a Theocrito Ilydio §. apud quem Menalcas primus ita loquitur:

Men. Vixis istius videra, vixis deponere primum victoris?  
Daph. Vixis hoc videra, & vixis deponere primum.  
Men. Verum quod deponerem, quod satis dignum sit?  
Daph. Vixisiam ego deponam; cui vixis deponere agrum  
Respondit Marti.

Cui allasse Cordaba, imo totius Hispaniae decus, & ornamentum, D. Lodoovicus a Gongora Ioh. 1. v. 1022.  
Cervus ad amicum, de Iusto.  
On parlo gabon fin et al. velle Iusto.  
Plura cumulat Badens in l. 2. ff. de org. jur. Pantoxa in l. 3. de aliat. num. 8. Avendanno de mora lib. 2. cap. 4. num. 13. in quibus supposito appareat vera ratio textus in d. §. ultimo, nam in ejus specie non fuit proprie sequestrum contractum, quia una res, & ea litigiosa, apud sequestrum deponitur, ut supra probavi: ac in eo textu singuli singulos annulos ea lege depoluerunt, ut victor non premio victoriae annulum acciperet, quo casu non datur proprie sequestrum, ut probant D. Joseph de Retes ubi supra, num. 9. Bronchorst. dicit. assert. 64. Unde cum ex sequestrum irregulari non competit actio depositi sequestraria, ideo affirmat Confultus, praescriptis verbis actionem competere: docent D. Joseph de Retes, & Bronchorst. ubi Proxime, Pinellus lib. 2. §. 167. cap. 9. num. 28.

Deinde sciendum est sequestrum duplex esse, aliud necessarium, voluntarium aliud. Voluntarium est quod mutuo utriusque contrahentium, contententiamque consensu fit, cum virum bonum, cui plus quam sibi invicem fidei habent, aduent: necessarium vero quod ex iudicis precepto alterutro ex litigantibus postulante fit: his adiungunt Interpretes sequestrum mixtum, quod fit Magistratus imperio, & legis auctoritate, ad partis petitionem, vel sine illa, quando bona, quae non sunt litigiosa, nec super illis orta est controversia inter partes, dilapidari timeatur in alicujus detrimentum, pro cuius securitate iudex in sequestrum deponere decernit; quod sequestrum in administratione honorum concorditer agnoscunt Valenzuela consil. 19. num. 43. Noguerol alleg. 19. num. 138. late defendit Salgado par. 1. l. 1. §. 1. per totum. Inter sequestrum autem voluntarium, & necessarium magnum versatur discrimen; nam voluntarium nullo casu a jure prohibetur, necessarium vero regulariter in actione personali habetur, l. unica, C. de prohibita sequestr. ex rationibus supra expensis. Dixi regulariter; quia sunt aliqui casus, in quibus sequestrum a jure fieri disponitur, veluti quoties per publicum instrumentum constat deberi, debitor tamen ejusmodi tabulas exceptione oppugnat; interim enim pecuniam apud creditorem, oblata restituenda cum opus fuerit cautione, deponere cogitur, l. 2. §. 3. C. de edict. Di. Hadriani, l. scripturas, C. qui pariter, l. ult. §. C. si certum pet. Item fit inter contentendos de possessione timeatur rixa, vel ne ad arma veniant, l. si quis 13. l. equissimum, ff. de usufructu, si petatur res mobilis, & possessio persona suspecta fit de faga, vel dilapi-

bita, & non fatisset, res sequestratur, l. fideiussor 7. §. ubi rix. ff. qui satis, ff. de iur. iur. si constanter matrimonio maritus dotes dissipet, aut labi facultatis incipiat, dotes sequestratur, ut soluto matrimonio uxor habeat competens solatium, l. si eam dorem 22. §. vero, ff. solut. matrim. l. in rebus 30. in fine, C. de iure dot. cap. per vestras, de donat. inter, ff. mora fit. quatio status, qui iudicium liberale patitur, pendente lite cum rebus, quas suas esse affirmat, sequestratur, l. ult. Cod. de ordin. cognit. l. ult. C. quibus ad libere, ff. de fundi proprietate questione colonus de fructibus praestandis non cavet, interim sequestrantur, l. litibus, Cod. de agrediti, lib. 12. & generaliter fit intendatur actio realis, & fructus potius de populari, & consumere pendente iudicio reus intendat, quam possidere, iuste petit actor rem ipsam sequestrari, l. postquam §. ff. ut legator. l. Imperator 21. ff. de appell. l. 5. Cod. quorum appell. Et indistincte sequestratio admittitur, quoties aliqua iusta causa suadet, ut periculo dissipationis, vel consumptionis occurratur, l. 7. §. si frater, ff. de collat. honor. l. si quis affirmavit §. l. si oleum 10. ff. de dolo, ut si colonus fundum conductum delerere velit, vel servus ad libertatem proclamare intendat, l. ult. Cod. de ordin. cognit. l. ult. Cod. de assert. tollend. Quo casu accipiendus est textus in cap. olim, de reservatis, praecipue si vereamus, ne postquam rem mobilem intervertat, seu corrumpat. Unde unicuique remedium evitandi sequestrum est si is, contra quem sequestratio petitur, paratus sit satisfacere, id est fideiussores dare, ut res ipsa petita integra conservetur, l. §. 16. ff. de offic. Praesid. d. l. ult. C. de ordin. cognit.

Sequestrantur non tantum res mobiles, d. l. si fideiussor 7. §. ult. sed & immobiles, cap. examinata, ibi: Ecclesiam sequestratam: de iudicis, cap. 2. de dolo & centum. d. l. si cum dorem 22. res enim immobiles custodiri dicuntur, l. 1. §. 1. iuncta l. §. custodiam, ff. commodari, l. si vendita 11. ff. de periculo & commodat. l. si constanter 22. §. 8. ff. solut. matrim. l. 16. ff. de offic. Praesid. l. ult. C. de ordin. cognit. l. 1. §. super petitorio, de assert. tollend. l. final. Cod. quibus ad libere, proclama. leg. 19. C. de agricol. l. 3. §. hoc autem, de lib. exhib. Et depositum in custodia rei tradita constitit, l. 1. in princip. ff. de depositi; & quae in mobilibus rebus communerantur, sequestrari valent, ut beneficium, dicit. c. examinata, dicit. Clem. unic. hoc tit. ideo & liberarum personarum sequestratio admittitur, ut notavit Cajacius ad tit. C. de prohib. sequestr. veluti si iudicatio de liberis exhibendis agatur; tunc enim datus res iudicatur, mulier, vel puer apud matremfamilias nota honestatis feminam deponi debet, l. 3. §. fin. ff. de lib. hom. exhibend. Etiam si de feminis alicujus matrimonio consensus nomine iudicialiter questio veniat; tunc enim in domo honesta sequestratio feminis fieri debet, c. cum locum 14. ubi Glossa verbo D. nec, de sponsalib. c. causam 14. de probat. Item si vir in capitali odio mulierem persequatur, ad merito mulier de iplo distat: quo casu femina apud honestas mulieres deponi debet, ubi vir, vel parentes ejus nullam possunt violentiam inferre, c. ex transmissa, l. littera, §. fin. de reb. iud. Corrahus lib. 3. misell. c. 30. n. 40. Alia prosequitur, tam de rebus sequestratis, quam sequestrari rebus totum. 1. class. 2. disp. 8. per totum.

Quibus ita animadvertens apparet vera ratio presentium declarationum; nam licet sequestratio regulariter prohibita sit, dicit. l. unic. C. de prohib. sequestr. quia debitor primo conveniendus est; & licet condemnatus cogi debeat ad solvenda negotia, §. C. de O. & C. interim tamen pendente iudicio non est ad ea auferenda possessio, nec iudicium ab executione incipit, l. 1. C. de except. ad iudic. nec licet pendente privandus est commodo suo possessionis, §. 2. ut sine pen. l. 1. C. de R. P. Secus ex iustis causis, veluti si dilapidatio, aut dissipatio rei, vel fructuum timeatur, ut in c. 2. §. final. hoc tit. Unde cum sequestratio admittatur in casibus a iure expressis, & casus in praesentibus declarationibus comprehensum iure reperitur expressi, hab. executione, quorum appell. ideo recte in praesentibus decretalis sequestratio permittitur.

Nec obstat dubitanti ratio supra expensa, pro cuius solutione Robertus lib. 1. sent. c. 5. Bronchorst. misell. cons. 7. assert. 62. existimant, sequestrationem regulariter esse concessam in quibuscumque rebus, excepta pecunia, ex d. l. ult. ubi cum Imperator solus pecuniae sequestrationem prohibeat, in reliquis rebus videtur cum concedere ex natura edicti prohibitorii, in quo omnia censetur concessa, quae non sunt specialiter prohibita, unde cum in praesentibus declarationibus non agatur de pecunia, sed de rebus, & earum fructibus, merito sequestratio admittitur. Sed haec sententiam merito improbarunt Caldas Pereyra d. q. 24. n. 31. Masfcois lib. 2. consil. c. 77. Cajacius, & Donellus in d. l. unic. C. de prohib. sequestr. ex tot. iuris supradictis, in quibus non absolute sequestratio permittitur, sed ex specialibus rationibus, & ex ratione, quam adducit Imperator in d. l. unica, videlicet ne possessor antequam convictus fit, commodo suo possessionis privetur; quae ratio non solum in pecunia, verum in aliis rebus viget: unde si in aliis rebus non prohibetur sequestratio, nec in pecunia. Nec facit pro Roberto textus in d. l. unic. cui communiter Doctores cum Accursio fidei satisfaciunt in ea rubric. dicendo pecuniam nomine omnes comprehendit iuxta ejus latam significationem, l. pecunia, ff. de V. S. ut in tit. ff. C. de constit. potest. Sed rectius satisfaciunt Donellus in eo textu, n. 4. dum affirmat, quod est iuxta strictam significationem pecuniae ubi accipitur, tamen cum ratio adducta aliis etiam rebus conveniat, recte in eis sequestratio censetur prohibita.

II  
Exponitur  
Clem. unic.  
hoc tit.

8  
Que res  
sequestrari  
possit.

9  
Traditur  
ratio  
deci.  
dendi.

10  
Distinguitur  
ratio  
dubitandi.

bita; unde omnes repetentes in eo textu, Donello excepto, regulam generalem confirmant, scilicet nullus rei sequestrationem debere admitti, nisi in casibus a jure expensis; & ita eum qui petit sequestrum fieri, probare debere illum petere in casu a jure expresso: unde cum in casibus propositis in his tribus declarationibus sequestratio a jure fit permessa, ut supra probavi, merito in eis decrete Innocentius, Honorius, & Gregorius, sequestrationem fieri debere.

Sed supra traditis, & praecipue decisioni textus in cap. final. hoc tit. obstat Clementina unica, hoc tit. ubi statuitur, quod si sententia fuerit prolata contra possessorem beneficii, & ab ea appellatum fuerit, etiam si fructus non dissipentur, iudicem a quo debere beneficium ipsum sequestrare: igitur non recte in cap. final. hoc tit. post appellationem interpositam desideratur, ut fructus dissipentur. Idem etiam probatur in cap. quatuor 26. §. quest. 6. & ex Paulo lib. 5. sentent. tit. penult. ubi expresse docetur, ad faciendam sequestrationem non desiderari, ut fructus dissipentur, sed sufficere quod appellatio interposita sit. Pro cuius difficultatis

solutione Cajac. in notis ad Paulum, dicit. tit. penult. & in praesenti discrimen constituit inter casum, in quo appellatio interposita fuit ab actore, & cum interposita fuit a reo possessore. Primo casu ait sequestrationem locum non habere, nisi fructus dissipentur; quo casu accipitur textus in cap. fin. hoc tit. l. Imperator, §. ult. ff. de appell. Secundo vero casu sequestrationem locum non habere, est non deum dissipario; & ad illum referri debere iura supra adducta. Sed licet haec distinctio subtilis sit, atamen divinationis vitio laborat, cum nec in d. c. quatuor, d. c. fin. nec a Paulo exprimitur, a quo appellatum sit, an reo videlicet, vel actore. Quare ea sententia omisa, dicendum est, ultra appellationem ad sequestrationem rei, dissipationem fructuum desiderari, d. leg. Imperator, §. ult. d. c. fin. ex quibus supplendi sunt textus in d. c. quatuor, & Paulus dicit. tit. penult. In dicta autem Clementina ultima constituitur omnino jus novum exorbitans, dum constituitur, post appellationem a possessore interpositam beneficium sequestrandum esse, nulla facta mentione dissipationis fructuum.

TITULUS XVIII.

De Confessis.

CAPUT PRIMUM.

a Clemens III.



UM monasterium, &c. Et infra: Super eo vero, quod tuis litteris adnectere studuisti, quid tibi faciendum fuit de quodam ejusdem monasterii sacerdote, qui diabolo instigante quemdam ex fratribus, sicut cum publice proposuisti confessum, occidit: hoc fraternitati tuae rescribimus, & per A. f. m. quatenus cum solemniter ab omni officio divino non differas degradare, & in b. monasterium aliquod c. Cisterciensis Ordinis reducere, in quo iunctam sibi tanti facinoris poenitentiam agens, ibi dum viveret, digne lugeat quo commisit. Eos autem, de quorum suggestione scelus praedictum perpetrasset proponit, nisi tibi aliis modis, & iustis rationibus verum esse confiteretur, nulli censuram poenae subdendes; quia secundum iuribus juris statuta de se confessi super aliorum consortis interrogari non debent: & crimine majestatis excepto, de reatu proprio consentientis periculosa confessio non est ad verum quemlibet admittenda: si tamen infamia eos huiusmodi laborare cognoveris, singulis eis, adiunctis tribus sociis sui Ordinis, & purgationem injungas.

NOTAE.

COMMENTARIUM.

**C**lemens III. Ita etiam legitur in c. 2. de homicidio, & in c. collect. sed vera inscriptio hujus textus restituenda est ad adductis in c. cum monasterium 3. de elec. ubi extra prima pars hujus epistola.

Monasterium aliquod. Fuit olim degradatio consequens poena denisio in monasterium poenitentiae peragenda causa, ita ut qui ob grave, enormeeque scelus degradaretur, & ad statum laicalem reduceretur, simul in monasterium poenitentiae peragenda causa detrueretur. Concil. Agath. canon. 56. ubi statuit Symmachus, Presbyterum, & Diaconum, qui capitale crimen admiserit, aut chartam falsaverit, aut falsum testimonium dixerit, honore officii depositum, in monasterium detruat, & laica communione contentum esse quoad viveret. Aureliana. c. 7. De clerico adulterii convicto sic statuitur: a. Deposuit ab officio, communione concessa in monasterio toto vitae suae tempore tradatur. Concil. Tolet. 4. can. 28. & Tolet. 8. can. 3. ibi: Et suscepti honoris gradu privetur, & in monasterio sub perenni poenitentia relegatur. Epau-nense can. 21. Si presbyter crimen capitale commiserit, ab officii honore depositus, in monasterio detruatur, Hospital. 2. can. 3. relato in c. nullus 8. 11. q. 1. Desertorem autem clericum cingulo honoris, atque ordinis sui exutum, aliquo tempore monasterio relegari convenit. Et c. clerici 4. de excess. Prelat. ibi. Si clerici fuerint, deiciantur a clero, & vel ad agendam poenitentiam in monasterium detruantur. Et c. tuus, de poenis. 4. Unde recte Coelestinus III. in praesenti prope gradum sacerdotii jubet monachum clericum homicidium perpetratum, prius degradari debere a presbyteri ordine, omnique gradu, & tunc in aliquo monasterio Ordinis Cisterciensis eam detruat, non enim tantum presbyteri, & laici poenitentiae peragenda causa detruerantur in monasterio, verum & monachi unius monasterii graviter peccantes, in alio monasterio detruerantur, ut poenitentiam ibi peragant. Concil. Alifred. can. 26. Abbas, qui mulierem in monasterio suo ingredi permiserit, ut festivitates aliquas ibi spectare praecipit, tribus mensibus in alio monasterio retrudatur, pane & aqua contentus. Et can. 23. Abbas, qui monachum adulterantem, aut peculium habeantem, aut furtum facientem non emendavit, aut Episcopo, vel Archidiacono non intimavit, ad poenitentiam perendam in alio monasterio detruatur. Illustrant alia plura de hac detruitionis poena adjucentes Gibalinus de clausura regul. disp. 3. par. 2. §. 3. Lindenb. in gloss. verbo Monasterii. Pet. Faber lib. 3. semel. c. 21. Boquetus in notis ad Innoc. lib. 1. ep. 130. & nos in c. 1. de regul. c. Cisterciensis Ordinis. De quo nonnulla notavi in cap. cum ordinem 5. de reservatis.

Canoniam videlicet, de qua Deo volente plura dabimus in tit. de purgat. canonici. D. D. Gonzalez, in Decretal. Tom. II.

EX hac Clementis decretali sequens communiter deducitur disputanda assertio: Reus confessus delictum proprium non est interrogandus de sociis, & si eos fateatur, non ideo illis imponitur poena. Probant eam textus in cap. ult. §. ult. §. ult. §. 4. §. 3. c. nemini, §. final. cum sequenti, 15. q. 3. c. 1. §. 3. q. 11. c. veniens 10. c. personas 20. de testibus, leg. quoniam 14. Cod. de test. ult. Cod. de accusat. leg. repati 16. §. 1. ff. de questionib. leg. seja 28. ff. ad vellet. leg. 4. C. ubi Imperator, Paulus lib. 1. sentent. tit. 12. §. ult. Carolus lib. 5. capitul. cap. 161. ibi: Placuit, ut ei, qui de se confessus est, super alio non credatur. Et lib. 9. ca. 3. tit. 140. ibi: Qui de se confessus est, ei super alium crediti non potest. Carnot. ep. 196. §. 229. leg. 22. tit. 16. parit. 3. Illustrant ultra congestos hic a Barbosa, & Garana, idem Barbosa in c. veniens, de testib. Donellus in d. quoniam, Ciacius in praesenti, Ughel. in meth. juris can. fol. 67. Corvinus lib. 3. aphorism. tit. 25. Fachineus lib. 3. controu. c. 88. Hannius in encyclop. par. 2. tit. 16. Anton. Matthaeus de crim. ad tit. de questionibus, cap. 3. n. 15. Hothomanus in d. leg. quoniam, c. hoc tit. Giphanius in d. l. ult. Cod. de accus. D. Joannes Vela de delictis c. 7. de modo procedendi, Accunia in c. si quis, 79. dist. 1.

Sed ad verus hanc assertionem pro dubitandi ratione ita infargo. In omni negotio, five civili, five criminali, illi potissimum sunt interrogandi, qui rem de qua agitur, & ambigitur, melius scire possunt, c. super prudentia 1. 14. q. 1. h. potissimum assumendi sunt, qui eadem negotia tractaverint, c. 3. de testib. ibi: Suis alios, quos de causa scire aliquando senserit. Et c. veniens 38. de testibus. Sed melius sociis criminis de se crimen confessus socios cognoscere valet quam illi, qui delicto non interfuert. Igitur loci criminis potius quam alii de sociis interrogandi sunt. Augetur haec difficultas primo ex eo, nam omnia crimina difficultis probationis, & quae juxta naturam suam, & a communiter acciditibus per idoneos testes probari non possunt, per inhabiles probantur, l. confensus §. §. servus, Cod. de repud. cap. tertio levo, de prob. Alexander consil. 64. num. 5. Alciatus de presump. par. 2. presump. 47. in fine. Igitur est non per alios crimen probari possit, saltem per socios probari valet. Augetur secundo hac difficultas ex pluribus juris utriusque locis, in quibus docetur reos criminis de se confessos, de sociis esse interrogandos, ut in c. si quis Papa 2. 79. dist. 1. in primis 2. q. 1. c. 1. hoc tit. in 6. leg. provincialiarum, Cod. de foris, leg. 1. de falsa monet. leg. ult. Cod. ad leg. Jul. Majest. leg. qui ultimus 29. de poenis, leg. prius 17. Digest. ad Syllan. leg. 1. §. cum qui latrones, Digest. de quest. leg. ult. Cod. de malis, leg. Divinus, Digest. de custod. reor. Igitur verum indistincte non est, socium criminis super aliis sociis interrogandum non esse.

3  
Conclusio  
traditur  
de proba-  
tione.

3  
Traditur  
dubitandi  
ratio.